PRIMA CATECHISMI PARS DE DECEM PRÆCEPTIS VEL DECALOGO.

Agitur autem hîc primùm

DE LEGE IN GENERE.

Membra hic tractanda quinque:

- *1. De Definitione legis Illa verò:*
  - *Proponitur & eſt talis: Lex Dei eſt æterna & immota ſapientia, & Regula juſtitiæ in Deo, &c. Philip. Melanth. in locis communib. Vel: Lex eſt Doctrina ab ipſo Deo tradita, præcipiens quæ recta ſunt & prohibens mala, cum remuneratione boni, ſi obedimus, vel comminatione pœnæ ſi obedientes ſumus. &c.* Walth.
  - *Reſolvitur, ita ut præcipuè in ea ſint obſervanda & conſideranda quatuor, &c.* Id.
- *2. De promulgatione legis hiſtoricâ, per circumſtantias 4:*
  - *1. Quis autor, nimirum Deus ipſe vel filius Dei. Hic notanda veniunt 3:*
    - *1. Probatio ejus, quæ facile deſumi & inſtitui poteſt ex 20. & 34. cap. Exod. Item 1. Cor. 10. De filio Dei, dicitur enim Petra, ſequens Iſraelitas in deſerto. &c.* Brent. Menc.
    - *2. Reſponſio ad objectiones duas.*
      - *1. Ex 2. cap. Hebr. vbi legitur, ſermonem legis per Angelos eſſe.* ℞. *Hunn. Et S. Stephanus declarat in actis cap. 7. inquiens:* Durch Geſcheffte der Engel.
      - *2. Ex dicto, Ioh. 1. Lex per Moſen. &c. Verùm hîc diſtinguendum inter cauſam inſtrumentalem & efficientem, &c.* Walth.
    - *3. Illuſtratio, ab utilitate cognitionis huius, quæ eſt præſertim de errore Manichæorum & Antinomorum. &c.* Gelich.
  - *2. Tempus & ſignificatio ejus. Promulgauit autem Deus legem ſuam anno mundi 2453. & quidem 50. die poſt eductionem populi Iſraelitici ex Ægypto. &c.* Cœlich. Menc.
  - 3. } *Vide liter.* C.
  - 4. }
- *3. Vide liter.* D. *4. & 5. Vide liter.* E.